

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCCLV.

VD18 90538919

LXI. Dissertatio Medico-Chirurgica, De Hernia Incarcerata, Nova Encheiresi
Extricata.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16590

L X L

D I S S E R T A T I O
M E D I C O - C H I R U R G I C A ,

D E

H E R N I A I N C A R C E R A T A ,
N O V A E N C H E I R E S I E X T R I C A T A .

Quam Preside

E L I A C A M E R A R I O ,

Tuebatur

B. D. M A U C H A R T ,

Tubingæ die 7 Januar. ann. 1722.

K 2



D I S S E R T A T I O

M E D I C O - C H I R U R G I C A

o

H E R N I A - I N C A R C E R A T A

N O V A H E N C H I R I S I E X T R I C A T I

Q u a n t u m D u g i p s

E L I A C U M E R Y A R I O

T a b e l l a

A D M A U C H A U T

L o p i n e s s o n d e J u n i o r s s i n c 1655

o K



P R A E L O Q U I U M.

EX vastissimo illo Medicinae & Chirurgiae, qui nostro maxime tempore patet, campo, nemo facile erit, qui plus de inventiendo, quam de feligendo anxius sit themate. Destinaveram jamdiu hodierno diei casum quemdam medicum rariorem de struma & oesophagi; Jam fere per quadriennium accuratus inquisivi in omnia corporis humani ligamenta, eaque tantum non omnia publicae editioni natura in praesentem servare occasionem constitut. Observationes pariter quasdam & operationes ophthalmicas rariores in medium proferre eo magis in animalium mibi primum induxeram, quo diligentiores & peculiarem in curandis tot oculi morborum speciesbus, plusquam ducentis, apud Celeberr. Woolhusium Parisis per biennium navavi operam.

Sed jam magnis excidisse videbor ausis, è nobili novoque themate in vilem tristamque delapsus de herniis materiem. Ita sane est. Plurimi, ex eisque celeberrimi quidam, idem thema ante me excusserunt. Neque inficias eo, herniarum operationem apud nos vilescere, nostrosque, ut solent, castratores exteris sordere. Sed ideone quod adjicere potes novi supprimendum? Aut male suscepta operatio istis semper relinquenda est hominibus? Absit! Satis plus semel de corio humano hisserunt. Ante quindecim dies novo huius rei me confirmavit argumento civis Marbicensis, cui herniotomus olim ob herniam intestinalem, quam supponebat, in prima vera incisione aquosam attronitam supebat, testiculum nihilominus exsecuit, licet sanissimum. Eadem hernia sed incipiens saltem, alterum quoque latus jam tum occupaverat, cui ipse herniotomus in instanti, quasi re bene gesta, eamdem proponere castrationem non erubuerat. Aurem tamen non prebeat aeger, sed veteris tormenti discriminisque haud immemor suam herniam per octodecim annos, non sine maximo incommodo, & dolore quandoque, maluit circumgestare, donec nuper methodica punctione, magno pristini doloris compendio, Ipsa satisfecerim ego, atque anurcam, colore & consistentiâ vini feces spissiores referrentem, quantitate dimidiâ mensuram nostratenâ implente eduxerim. Optima, quæ existat, hernie intestinalis delineatio Palfini, celebris Chirurgi Gandavensis, est in suo operationum chirurgicarum libro. Sed ingenue mibi nuper fassis est Lutetie Parisorum (ubi per aliquot hebdomas versionem gallicam anatomies sua chirurgice, quam prelo matirat, curavit) figuræ ex cadavere hernioso delineatas, biacque dissertatione jam insertas suis prestante. Omnem certe adhibiti diligentiam, ut quem oculis celeberrimi Parisiensium pictoris exposui, in ipso cadavere hernioso hernie typum imitaretur quam exactissime. Quinque jam antea vel hernia, vel cum hernia demortuos scalpello exanimaveram anatomico, ultimum data iterum occasione, quæ non infrequens esse solet in amplissimis illis à Charitate atque D E O dictis nosocomiis, penicillo etiam subjiciendum duxi: Idque eo magis, quo celeberrimorum chirurgiae antistitutum dissensus, circa genesis & formam herniarum, veritatis indagandæ me redditus cupidiorem. Itaque (1)

anæ



anatomice describam partes, quæ ad herniam, inguinalem maxime & scrotalem, eamque vel omentalem vel intestinalem faciunt; (2) Ejusque pathologiam & semiologiam percurram. (3) Therapeuticæ atque imprimis chirurgice pertractabo casum, quo hernia dicitur incarcerata.

Faxit D. T. O. M. ut ad suā honorem proximique commodum meæ colliment pagelle.

C A P U T P R I M U M.

Anatomica earum partium, quæ ad hernie intestinalis vel omentalium formationem & incarcerationem concurrunt, descriptio.

Rectum est norma obliqui: Ideoque priusquam de hernia differam, consulum duxi, de statu naturali earum partium, quæ herniam omentalem vel intestinalem, vel utramque simul in inguine, vel scroto, vel efficiunt, vel constituant pauca prælibare.

A *musculis abdominis* ordinar, quorum ordinario quinque sunt ex utroque latere. Pyramidalis nimirum, Rectus, Obliqui duo, Externus & Internus, denique Transversus. Pyramidales ad rem nostram nil faciunt. In hernia umbilicali autem muscularum rectorum habenda est ratio.

Obliquos voco Externum & Internum, quos alias Descendentem appellant & Adscendentem. Videtur mihi prior denominatio planiore de iis suppeditare ideam. Structura atque situs horum muscularum, dum fibræ muscularæ Obliqui Externi oblique descendendo, Obliqui vero Interni sub illis oblique adscendendo, atque Transversi transversim priores intersecando se in vicem decussant, hunc fere in modum *. Magni sunt momenti, cum ad robur compressionis, quam subjectis visceribus prestare coguntur, tum ad firmiorem obicem herniæ, quas vocant ventralibus, opponendum, ut hinc nonnisi vis externa ictus, lapsus &c. eas producere soleat.

Tribus perforantur loci, qui transitum concedunt partibus, tam ad speciei, quam individui conservationem spectantibus.

In medio & inter utrumque musculum rectum vasa transeunt umbilicalia fatus. Quod vero foramen, cessante vasorum umbilicalium ulu, occluditur. Quo tamen modo faveat hernie umbilicali, mox, ubi de peritonæo, dicam.

Alterum foramen, quo musculi abdominis patent, ovalis fere figuræ est, & sub aponeurosi musculi obliqui externi in situ ossis ilii occurrit: Vasa cruralia per illud trajiciunt, atque tendines musculi psoæ & iliaci. Obtigitur intus peritonæo, extus aponeurosi fasciae latae & integumentis communibus. Operæ pretium erit, plenius explicare structuram hujus foraminis, ut hernia cruralis, in libris chirurgorum paucissimis vix nominata, clariorem

sup.



Suppeditemus ideam, & in casu herniae hujus incarceratae, quid agendum, ipsa mox partium anatomica saltem demonstratione indicemus.

Musculi obliqui externi aponeurosis in inguiue introrsum, reflectitur, atque cum aponeurosi obliqui interni firmiter cohæret. Validis constat fibris tendineis illa aponeurosis obliqui externi & directione plurimarum fibrarum parallela ex spina ossis ilii anteriori & superiori orta, oblique transversim descendens inseritur ossi pubis, & instar arcus tenditur, ut vasa cruralia, ceu sub ponte, lateant immunita a compressione, quam subirent in variis corporis atque cruris motibus: Cum aponeurosi fascie latæ cohæret, atque sic magis tenditur, cuius fibræ potissimum sunt perpendiculares vel obliquæ.

In memoriam nuper anatomicis revocavit D. Poupart hanc aponeurosin: & pro peculiari ligamento venditavit, quod tamen præcipui plurium nationum anatomici publice jam impugnarunt. Litem istam ego non dirimam: Aponeurosis illius obliqui externi pars, *ligamentum Pouparti* dictum (à Vesalio jamdudum, sed non sub ligamenti nomine, exacte descriptum) [a] certe & structuram habet & usum ligamenti. Arcus (*L'arcade*) aponeurosis obliqui externi vocatur à Gallis. Quo jure, cum figuram forniciatam s. convexam non habeat, Ipsi videant. Usum ei adscribo: (1) Ossa innominata inter se conjuncta servare: Quod in junioribus maxime necessarium videtur, cum eorum ossa innominata in tria frusta in ipso acetabulo lineis adhuc cartilagineis divisa conspiciantur. (2) Arteria & vena crurali, nec non ramo anteriori nervi cruralis, tendinibus musculi psoæ & iliaci liberum præstare: commeatum, ne in flexione cruris vel corporis, vel ventre obesiore aut gravido comprimantur: *Id quod accidisset si tota illa aponeurosis æquali insertione adhaesisset dictis vasis, in toto illo interstitio à spina illa ilii usque ad os pubis.* (3) Præcavet intestini, omenti &c. prolapsum, dum fibras suas validas, superius usque ad sic dictum annulum continuatas, ceu obicem opponit.

Tertium foramen, quo musculi abdominis hiant, quodque viam sternit prolapsuris partibus contentis, sic dicti sunt *annuli*: Qui an sint, & quid sint, tribus dispiciam. *Annuli* non sunt, sed *annulus*, in utroque scilicet inguine unus. Olim sibi fixerunt tres, in transverso nimirum, obliquo adscendente & descendente unum. Arteria & vena spermatica non per annulum, nec per fibrarum muscularium transversi musculi divaricationem, sed sub toto ejus corpore versus os ilii ad latus externum emergunt, tumque aliquot pollices inferius, rursusque ad anteriora inter utramque peritonæi lamellam versus pubem reflexæ trajiunt musculum obl. adsc. interque ejus fibras muscularares divulsas saltem, nec in annuli formam efficitas, obliquo itinere pergunt, atque tandem erumpunt per vere sic dictum annulum musculi obliqui ext. qui ob figuram annularem vel ovalem meliori hunc titulum mereatur jure. Aponeuroticus est hicce annulus, quod fibras tendineas, in ora præcipue inferiori cum diecto ligamento Vesalii communes habet. Ea est magnitu-

[a] Andr. Vesal. C. H. Fabric. l. 21. c. 32. p. 334.



mitudine, ut in adultis digitum facile admittat. Processus peritonaei hic abdome exeunt, includentes vasa spermatica in viris, & ligamenta uteri rotunda in feminis.

Mirabili hac mechanica cautum est, ne partes abdominis libere quasi fluctuantes, & aliquando fortius impulsæ viam, qua vasa spermatica, vel ligamenta uteri rotunda, ex abdomine egrediuntur, inveniant facile.

Si dicti processus instar tubi cylindrici ex abdomine paterent in homine, uti in canibus, herniae generationi quovis momento locum facerent, cum ejus gressus, quem Deus rectum & os sublime dedit, deorsum continuo gravitantia intestina in locum hunc minoris resistentie & foramen apertum semper invitasset. Quo periculo canes liberat incedendi modus horizontalis, qui per consequens impetum & nisum intestinalium ad medium potius & umbilicalem abdominis regionem determinat: Unde hernia quoque potius umbilicali laborant.

Musculis transversis abdominis, modo recensis, intus adhæret undique Peritoneum, quod tunica est robusta, quamquam non admodum crassa, parte cavum abdominis respiciente lœvis atque lubrica, totum abdomen interius investiens: In sacco quasi includens ventriculum, omentum, pancreas, intestina, mesenterium, hepar & lienem, quæ hinc aliquibus in duplicatura peritonaei sita esse dicuntur, seu intra parietem peritonaei superiorem, qui musculis abdominis adhæret & inferiorem, qui renibus, vertebris &c. incumbit. Renes autem, ureteres, vasa majora, uterum & vesicam pariete suo inferiore tegit, illisque saltē superjacet: Quæ hinc alias extra duplicaturam peritonaei collocata videntur: Quia tamen inter atramque lamellam peritonaei jacent, alii prætendunt ea posita esse intra vel inter duplicaturam, vel duplice lamellam peritonaei. Itaque lusus est in termino duplicaturæ. Duabus peritonæum constat lamellis, quæ arcte cohaerent, ab umbilico tamen usque ad inguen faciliter ac alibi separantur, quibus interjecta est substantia cellulosa s. spongiosa, flatu intumescens. Lamella haec interior in Bubono- et Oschoecele dilatatur ut plurimum, saccumque efficit hernialem, qui viscus prolapsum immediate ambit atque continet. Hunc hernialem saccum voco internum, quod includitur alii, quem ideo externum appello, nihilque aliud est quam sic dictus processus peritonaei s. tunica vaginalis plus minus dilatata, & cui aliæ adhuc accrescent membranæ.

In medio, ubi situs est umbilicus, vasis perfoditur umbilicalibus, quæ lamella exterior peritonaei comitatur (ad placentam) sive interior sola minoris fit roboris & resistentie: Hinc forte non fallunt obseru. Dionis in sua Chirurg. de rupta semper, in omphalocele, nunquam vero dilatata abs se inventa peritonaei illa lamina interna.

Inferius versus inguen peritonaei lamina interna exakte obtegit locum, quo vasa spermatica per annulum ex cavo abdominis evadunt, ibidemque crassior fit. Lamina vero externa prolongatur & sic dictos processus s. prolongationes peritonaei efficit, atque vasa spermatica ad testiculum comitans eā

inclusa.



includit seu vagina, unde tunica vaginalis nomen. Hæc tunica vaginalis arctius ambit partem superiorem vasorum spermaticorum, laxius, quo testiculo propior. Ad epididymidem accedens in circulo adhaeret, ita ut *septum* constitutat, quod testiculum à reliquo vasorum spermaticorum fasciculo separat, flatumque, facto foraminé infra epididymidem, non transmittit in partem superiorem tunice vaginalis. Ligamenta uteri rotunda similis fere processus, sed angustior, à Nuckio *diverticulum novum* dictus, includit, & ad clitoridem usque prosequitur.

Ii, qui vel duplicem esse peritonæi lamellam dubitant, vel processus peritonæi plane denegant homini, vel eos à membranis sic dictorum annularum oriri putant, per autopsiam anatomicam se convinci patientur de falsitate harum hypothesis. *Ductus ceci*, circa processus peritonæi à quibusdam observati, in pueris præsertim præternaturales sunt conformatio[n]es & ad herniam dispositiones.

Plura, quæ de peritonæo proferri possent anatomica ad rem nostram parum faciunt. Tranfeant ergo. Circa partes genitales pariter nihil reliquum est, quod nostro inserviat scopo.

C A P U T I I.

De Pathologia herniarum agit.

Circa onomatologiam herniarum non diu morabor, ne vanus redeat toties labor actus in orbem. Herniæ nomen an derivetur ab *hærere*, vel ἀπολέγειν, ramo, unde latinorum *ramex*; vel ab *hernius*, quod veteri Sabinorum lingua durus significat, grammaticis relinquo. Pariter an synon[ymum] herniæ græcum, κῆλη, κῆλη, ἀπό λῆ κῆλεω, permuleo, vel, quod alii interpretantur, noceo, vel à χαλάω, laxo, proveniat, litem non facio meam. Germani vocant *einen Leibschaden*, quasi damnum corporis; *einen Bruch*, seu rupturam. Galli *une descente*, descensum.

Hernia autem est tumor, quem partes solidae & molles, à cavitate & sine naturali prolapse efficiunt, in abdomen à dilatatione, & forsan quoque ruptura peritonæi proveniens.

Incarcerata dicitur *hernia*, quando pars prolapsa quasi in carcere detinetur, & sine sectione reponi nequit, variaque, funesta utplurimum, causat symptomata, inferius enarranda.

Species herniæ proprie sic dictæ, imprimis sunt: *Enterocoele*, seu hernia intestinalis. *Enteroomphalocele*, seu hernia umbilici intestinalis. *Epiplocele*, hernia omenti; *Epiplomphalocele*, hernia umbilici omental[is]. Species mixtae sunt: *Entero-epiplocele*, & *Entero-epiplomphalocele*. Ad hernias, vere sic dicendas, porro referendas puto *herniam dura matris*, post inflictum cranio

Tom. III.

L

vul.



vulnus, vel trepanum applicitum, omni nisu extra vallum suum osseum pro-rumpentis. *Oculi*, quam προπλωσι dicunt, ex orbita procidentiam. *Uvae* per vulnus corneæ l. sclerotice prolapsum. *Sacci lacrimalis*, qui aliquando enormi tumore, ex osseo illo sinu, ossibus unguis, nasalí & maxillari superiori insculpto protuberat. *Carunculae lacrimalis*, ex angulo interno oculi, glanduleque lacrimalis procidentiam atque descendit. *Membranae narium pittuitarie*, quæ subjectis phlegmatiscæ aliquoties jam excidisse observata est, ut ignaris imposuerit pro polypo. *Ventriculi, lienis, vesicæ, uteri &c.* prolapsum quæ extant, quamvis rariora, genuina tamen herniæ erunt exempla. Quorum fine dubio quoque spectant sic dicti prolapsum *uteri & intestini recti*, licet sub classe & nomine herniarum nondum militent.

Inproprie evidentur ad hernias referri, *prolapsus palati*, ac *uvulae*. *Bronchocele* seu *hernia gutturis*. *Cirfocele* seu *hernia varicosa*. *Sarcocele*, seu *carnosa*. *Hydrocele* seu *aquosa*. *Pneumatocelle* seu *ventosæ*. Nobis de *hernia intestinali & omentalı* potior erit sermo.

Subjectum morbi, seu loca, in quibus veræ hæ accidunt herniæ, *umbilicus* potissimum est, *Inguen*, *Scrotum*, & *hiatus sub ligamento Vesalii* in crure, hic & ibi denique in toto abdomen seu ventre, facta fibrarum musculofasculorum violenta divisione. Unde nomen *hernia umbilicalis*, *Inguinalis* seu *bubocele*, (quæ etiam *imperfecta* vel *incompleta*,) atque *Scrotalis* seu *oschoceles*, & quæ ad labia pudendorum muliebrium decidit, quæ *perfecta* seu *completa* audiunt; *Cruralis* denique atque *ventralis*. *Subjectum cause*, seu ea pars, quæ tumorem hernialem materialiter causat, ordinario *Intestina* sunt, utpote quæ continuo vermiculari motu in cavo abdominis quasi obrerant, sicut digestio negotium feliciter promovent, sed eo ipso quoque membranam peritonæi, si paulo laxior existat, ad prolapsum impellunt.

Ex *intestinis Ileum* omnium facilissime prolabitur, quia non solum liberrime fluctuat in ventre, sed etiam proximum est annulis. Possunt tamen, quin & solent, aliorum portiones *intestinorum*, vel *solæ*, vel cum aliis procedere. *Coli* pars, aliquando totus ejusdem arcus, sinistro inguine non raro excidit: In dextro latere fortius adhaeret ossi ilio. Unde est, quod *hernia coli* in dextro latere rarius eveniat, In sinistro ter vidi ego ipse. Cum nuperrime ad supplicium famosi illius furis, Cartouche dicti, conferta plebis Parisianæ agmina confluenter, ex eaque terminos nonnemo egredieretur, herniosus à nativitate, ictibus aversa bombardæ parte abdomini inflictis enormem mox nactus est oschocelem, quam incarceratam operatus celeberr. *Dn. Gerard*, primarius nosocomii, à charitate nominati, chirurgus, demonstrator anat. & chir. in horto regio, Academiæque scient. Socius fautor & hospes olim meus per biennium honoratis. ex tribus *intestinorum* ulnis nostratis cum coli portione, quæ sub reliquis latuerat, constantem comprehendit, prout faventissimæ ejus literæ me certiore modo reddiderunt. Celeberr. *Dn. Thibaut*, chirurgus primarius magni illius nosocomii Parisiensis, *Hôtel-Dieu*, mihi retulit, se *herniam coli* in sinistro latere deprehendisse,



se, ubi cæcum simul cum sua vermiciformi appendice in scrotum se dederat præceps.

Omentum alias vix attingit umbilicum in subjectis bene valentibus, sed aliquando longius emetitur ad scrotum iter, & vel solum, vel cum intestino prolabitur. Cujus rei iterata quoque me certiore reddidit autopsia.

Vesica gravidarum limites eo facilius transgredi poterit, quo in sexu fe-
quiori figuræ magis est cylindricæ, seu instar parvi dolii transversim pos-
iti, quam conicæ. Plures vesicæ, ad labia usque pudendorum prolapsæ ho-
dierno die innotuerunt historie. Talis vesicæ hernia cum, & sine faccio
herniali interno, cui vesica includatur accidere potest.

Ad *Causas* herniæ explicandas progressurus, illas, quæ, herniam effici-
unt incarceratam, potissimum examinabo. Disquiram tamen prius, an
quæ in herniis, de quibus jam sermo, communiter allegatur vel *dilatatio*,
vel *ruptura* internæ peritonæi lamellæ, locum semper habeant? De ulti-
ma, seu de ruptura, non ideo faltem assensum suspendo, quod in quinque
subjectis herniosis, sollicite abs me hanc in rem dissecatis, nonnisi dilata-
tam illam peritonæi lamellam, nunquam vero ruptam repererim: Sed
quod ne quidem unico, certo sufficiente testimonio hanc rupturam ulli-
bi suffultam deprehenderim. Sunt *aliqui* autores, qui eam sibi videntur
vidisse: *Plurimi* eam vel ex aliis, per traditionem exscribunt, vel sibi
fingunt. *Omnes* fortasse falluntur & fallunt. Ita celeberr. ille Medico-Chir-
urgus Hildanus, cent. VI. obs. 70. pag. 588. in dubium speciosis vocat
argumentis, quam alius medicus statuebat rupturam peritonæi in hernia,
quam subito ortam ille supponebat. Celeberrimus chirurgis Parisiensibus,
quos de hac ruptura consilui, certe nunquam obvenit, licet amplissima
illis affluat occasio in hernias inquirendi. *Duae* etiam potissimum *rationes*
hujus rupturæ videntur destruere hypothesis. Tunicæ nimirum peritonæi
robur, & cum partibus adjacentibus firma cohæsio. In cursibus, sic dictis,
operationum, quorum plurimos Lutetiae Parisiorum imprimis apud supra-
laudatum Dn. Gerard frequentavi, cum bubonoceles operatio instituenda
effet, maxima semper opus fuit impulsione & violentiæ ad protrudendam
peritonæi lamellam internam in regionem inguinalem, pro efficienda her-
nia artificiali; Neque fortius impulsæ digiti hanc tunicam semper perforare
aut dilacerare valuerunt. Quamcumque vero supponant causam & violen-
tiam, quæ intestina ad hanc peritonæi lamellam cum impetu adigat, vix
illam digitorum actionem superabit, quin nec æquabit. Dein lamina inter-
ior peritonæi adhæret, & quasi adglutinatur musculis abdominis, unde
etiam robur mutuatur, &, si quo percellitur impetu, ejus partem trans-
mittit in subjectas immediate musculi transversi, dein & obliqui interni fi-
bras carnosas, quæ impressioni parum obediente vim propellentem perito-
neum obtundunt, donec tandem evadendi rimam in annulo obliqui ex-
terni inveniat. Innumeræ in promptu habemus observations tunicarum,
mirum in modum se extendi patientium, crassitieque tantumdem fere si-



mul auctarum ac latitudine, ut itaque nec in subitanea herniarum formatione, nec in maximæ molis herniis successu temporis interna peritonæi membrana rumpatur facile.

Quo igitur modo herniæ subito generantur, quæres? Anne tum subito tantum dilatabitur illa lamina, quæ tam valida, partibusque vicinis adhaerens supponitur? Ista, fateor, objectio mihi dudum crucem fixit. Videamus tamen primum, an semper revera ita subito orta sit hernia, qualem venditat æger. Sciamus oportet annon pudor alieque rationes politicæ diu celaverint herniam inguinalem, quæ postea subito scrotalis facta est; Annون reposita olim hernia denuo prociderit & incarcerata facta sit? Suspecta hodie, ægrorum quoque, fides est!

Quid si tamen herniam intestinalem (omentalis subito rarius videtur ori) subito & recenter factam certo constet, an ideo ruptam in instanti agnoscere cogemur laminam internam peritonæi? Non. Præcessit sine dubio laxitas peritonæi, vel ex substantiæ debilitate, vel nimia humiditate, quæ præternaturalem intestinalis decubitum jam ab aliquo tempore fovens, superveniente impetu plenariam herniæ eruptionem promovit. Eadem certe causa videtur esse herniarum à nativitate; patrem novi cum tribus liberis herniosis natis. Si in scrotum ex abdomen mox mox decidisse putes, mirum est, quomodo intestinalis prolabens illa membranacea uno ictu possit superare obstacula, quæ in limine processus peritonæi occurserunt, quique superius ob eam causam multo angustior esse videtur ac ubi testiculo propior.

Talem peritonæi laxitatem & imbecillitatem non semel deprehendi in subjectis vel actu herniosis, vel eo ipso certe dispositis ad herniam; & ante paucos dies præsentibus binis medicis celeberr. aperiendo exanime corpus viri phthisi defuncti una herniosi, novo confirmatam specimine vidi. Dextrum nempe latus herniam offerebat omenti scrotalem; sinistrum vero apud egressum vasorum spermaticorum, peritonæi laminam internam exhibuit quidem integrum, neque dilatatam, sed levi opera per annulum usque in inguen digito prolongandam, herniæ intestinali olim locum daturam.

Dilatationis itaque causam potius agere, quam rupturæ volui, manus tamen lubentissime daturus, quamprimum vera ruptura peritonæi in subiecto hernia demortui, oculis meis subjicietur, vel à viro rerum anatomicalium perito atque bona fidei confirmabitur.

Lamina illa interna peritonæi fig. III. Lit. C. vasis spermaticis J. J. L. superjacens saltem, sensim sensimque magis, vel simultaneo impetu ita propellitur, ut primum referat infundibulum, postea ulterius descendens figuram induat pyriformem, vel instar cucurbitæ lagenariæ. Vocatur tunc *Saccus internus*, quod intestinalis vel omentum prolapsum instar facci includat, & quidem internus quod alias adhuc illum ambiat, externus. *Saccum illum internum definiunt* fig. II, Lit. G, & fig. III, Lit. C, D. D. E.



E. E. Parte sua superiori contiguus est & adhæret sacco extero, inferiore autem vasis spermaticis immediate, & mediate facci iterum externi parieti inferiori, ut sit instar digiti in chirotheca. Terminum atque obicem ponit huic sacco *septum* illud, quo tunicam vaginalem undiquaque supra parastatam adhærere superius dixi. Hinc est, quod testiculus utplurimum separatim tangatur; dari tamen casus divulsi hujus sepimenti, tuncque confusi testiculi cum intestino l. omento prolapo, vero non est absimile. In hernia per rupturam peritonæi hunc saccum internum non existere in propatulo est; intestina tunc seu omentum, sensim magis ampliando & dilacerando foramen præternaturale peritonæi, per hoc libere excedent, nullamque laminæ internæ peritonæi prolongationem efficient.

Saccus externus multo crassior est interno, inque varias separari lamellas potest, quarum interna à processu peritonæi seu lamina externa peritonæi proficitur, cui mox circumfunditur *substantia* illa *cellulosa*, quam inter utramque peritonæi laminam reperiri superius indicavi. Hæ cellulæ in subjecti herniosi sacco extero inflatæ ope tubuli, prout in fig. II. Lit. E. & F. miro pulcherrimoque spectaculo in niveam intumescunt spumam, & tandem exsiccatæ relinquunt rete cellulosum, ferico carpto mollius, niveus candidius, pollice altius aliquando. Videntur hæ cellulæ cum membrana pinguedinosa scroti præter naturam turgidiores & inflatæ efficere id, quod Galli vocant *des feuilllets*, s. foliola, quæ scalpellum operatoris ordinario morantur & prius separanda sunt, quam saccus hernialis aperiatur. Parum ad facci hujus seu tunicæ formationem facit tunica vulgo dicta erythroidea; re enim ipsa non constituit, neque in statu naturali peculiarem tunicam, sed fibras saltæ musculosas in superficie tunicæ vaginalis hic ibi spargit & distribuit.

Huic *lamelle* à peritonæo ortæ superexpanditur & fortiter adhæret alia fortior, *tendineæ*. Fig. II. Lit. D. ex fibris tendinosis απονευρώσεως musculi obliqui externi, (sub Lit. C C. indigitatæ) prolongatis orta, quam ideo tunicam *voco aponeuroticam*. Sub illa violenta partium expansione refluxus tam sanguinis quam lymphæ impeditur: hinc tunicæ illæ non modo fæbris valde crassescunt, sed liquore etiam plus minus repletur, unde distinctio inter *hernias siccas*, quales plerumque sunt recentes, & *humidas*, inveteratas utplurimum. Involvitur denique hic saccus membrana pinguedinosa scroti fig. II. Lit. B. quam pinguedine actu repleri noluit providentissimus Creator, ne scroti necessariæ obsit corrugationi. Agmen claudunt membrana scroti musculosa, *dartos* dicta, & reliqua *integumenta communia*. Omnes hæ recensitæ tunicæ aliquando etiam ita extenuantur, ut levi facta incisione mox intestinum prorumpat nudum, in eoque casu facile lœdatur.

Nihil supereft de faccis, quam ut eorum ulterius examen data quavis occasione curiosis commendem. Detegent hi forsan, quod non semel animo concepi, mihiq; bis deprehendisse visus sum, facci nimirum interni

L 3 solum



Solum præsentiam, ita ut tunicae vaginali, ceu sacco externo ordinario, non fuerit inclusus. Inflaveram tum, ope tubuli, per annulum dilatum, ab intra ad extra, saccum internum, qui intumescens quidem saccum tamen suum externum non inflabat, seu distendebat una. Inflata autem postea tunica vaginalis, per foramen supra epididymidem factum, mox intumuit aere. Unde, juxta & autopiam, suspicabar, saccum internum superjacere tunicae vaginali, illique non includi. Item præsente supra laudato Dn. Thibaut, cum bubonocèles operationi in collegio nostro se offerret cadaver herniosi, operationem ego perfeci, separatoque sacco interno vasa spermatica alia adhuc membrana tecta vidimus. Unde similis conclusio.

Jam ad symptomata herniae incarceratae: hernia nulla arte reponi potest sine sectione, dolor in inguine prope annulum, in ventre colicus, in lumbis tensivus, frustratus dejiciendi conatus, vomitritio, vomitus clylosi primum dein & stercorales, unde passio iliaca seu T^o miserere. Locus tumoris herniosi rubet, livet, flaccescit denique. Febris tandem, insomnia, pulsus durus & intermittens, convulsiones, sudor frigidus, quies & doloris cessatio, mors.

Causas inter herniae incarceratae proximas est annuli obliqui externi nimia angustia, moli partis prolapse nondum respondens: ejusdem spasmatica constrictio: intestini prolapsi infarctus & turgescencia à flatibus atque fecibus. Intricatio, à motu peristaltico perverso, vel inepta manuum contractatione. Ejusdem adhesio ad partes vicinas & inflammatio. Omenti compressio, inflammatio, excoriatio. Intestinum ambiens carnea veluti fascia, & in loco annuli adhaerens, tandem ita coarctans intestinum, ut omnem viam præcludat fecibus [a]. Culum si prociderit in subiecto obesiore, appendicula ejus pinguedinoe non parum ad incarcerationem contribuant. In sectione herniosi nuperrima omentum mecum conspexere bini medici claris: à fundo ventriculi usque ad annulum pinguedine sua tantum non omni exhaustum, parte vero, qua in scrotum erat prolapsum, mole, seu moleculis potius sebaceis durioribus auctum, ut omnes junctæ tumorem efficerint pugni magnitudine, illudque nec manib[us], encheiresisque consueta in abdomen repelli, nec apprehensa in vaso abdominis omenti parte, annulo dilatato proxima e scroto retrahi potuerit. Crescent successu temporis hæ portiunculæ sebaceæ & numero & mole, imo & indurescunt sensim magis, donec annulus, cedere amplius nescius, omentum strangulet.

Omphalocele incarcerata rarer est, ex ea potissimum ratione, quod in regione umbilicali partes faciliter se patientur extendi. In hernia crurali incarcerated arcus ille tendinosus, seu ligamentum Vesalii jugulat intestinum.

C A P U T

[a] Hujus duo exempla v. in Hild. Obs. 15. 678. & 588.



CAPUT III

Signa herniae, incarceratae imprimis, ejusque diversæ specie explicat.

HErnia, ut forex, se prodit suo tumore; quem tamen cum intempestivus sœpe pudor occultet, opus est, ut medico-chirurgus latenter subolfaciat causam ex symptomatibus, quæ in præcedenti capite enarravi, quæque patiens nec supprimere nec occultare poterit. Signa, quæ herniarum species distinguunt, toties ab auctoribus decantata sunt, ut eadem oberrare chorda nolim. Ea vero signa, quæ enterocelen ab epiplocele, de quibus nostrum thema, infallibiliter distinguant, sœpe sunt æquivoca. Ordinario tamen *epiploceles tumor inæqualis*, non adeo tensus est, sed digitis compressus foveas quasi servans; *vomituritiones*, alvo libera, vacuo præsertim seu *jejano ventriculo*; is enim tum contractior, fundo suo magis appropinquat diaphragmati, sicutque omentum, inferius annulo quasi affixum fortius tendit atque trahit, ipse autem ventriculus molesta hac tractatione stimulatur & ad vomitus provocatur. Per absentiam pluriū, enteroceli propriorum, signorum ad epiploceles præsentiam quoque argumentari licebit.

Enterocelis itaque *tumor est æqualis, tensus, pyriformis, elasticus, foveam ab impressione digiti non servans*, manibus volutando scrotum *borborygmos edens*. *Coliceæ*, ac *alvum reddendi frustrati conatus* subinde accident. *Simultanea herniae formatio*, crebroque *prægressa facilis repositio* cum *crepitus* seu murmure, enterocelis quoque suspicionem confirmant. Sed fallunt sœpe hæc signa manum peritam, eo præsertim tempore, quo tunicis atque fascis herniae jam jam inflammatis tactui amplius non est locus ad explorandum. Sed caute saltem mercanti ad operationem parum refert, sive omentum, sive subsit intestinum.

Prognosis herniae incarceratae, seu *intestinalis*, seu *omentalis*, *finesṭa* utplurimum esse solet, nisi in angustiis detenta pars atque inflammationis, *gangrænæ sphacelique* periculum incurrens cito liberetur.

Majus intestino imminent periculum ac omento, quoniam majoribus scatet vasis sanguineis, sensus est exquisitoris, flatibus turget atque fuscibus, moleque etiam superat omentum. Recentis herniae, utpote quæ nondum adhærens, facilior est operatio, feliciorque successus. Si tumor herniosus flaccescat, livescat, non doleat amplius, abdomen vero infletur, umbilicus promineat; pulsus sit durus, celer, intermittens &c. altero in cymba charontis pede titubat æger.

Singultum, stercoreos vomitus, alvum pertinacissime clausam, sponte tamen ultimo solutam, sed fætentem admodum & cum sudore frigido certissi-



tissimos esse mortis propinquæ præcursores chariss. Parens meus singulari-
bus aliquot exemplis observavit. Tunc igitur ad mortem potius quam ope-
rationem se accingat æger.

C A P U T I V.

Therapiam atque chirurgiam herniae incarceratae continet.

OMnes eo nervos intendat medico-chirurgus ut operationis necessaria
tem & discriminem amoliatur, partemque prolapsam vinculis solvat suis.
Si primo tentamine repositionis ope manuum non respondeat hernia, ab
ulteriori insultu abstineat chirurgus, multoque magis æger, cui semper
noxia est, quam propriis manibus celebrat, repositio, ob incongruum cor-
poris situm, quem in hoc negotio tenet.

*Enemate tum emollienti alvus lubricanda, reiterato toties, quoties è re-
videbitur. Stimulanti, ab initio, post emolliens, etiam locus esse potest.*

*Carmactiva & demulcentia interne propinanda largiore dosi, quibus
immiscenda potissimum nitrofa & cordialia. Hydrargyrum copiose ingur-
gitatum infidi mihiique suspecti est successus. Purgantia cane pejora & angue
fugienda. Diæta tenuis & lubricans esto. Totum inguen, imprimis annuli
locus, scrotumque, quin & abdomen oleosis, quæ partes strictas laxent ca-
lide inungantur. Enterocelen, quæ biduo reponi non potuit & suspecta
jam excitaverat symptomata, folo oleo lini & florum chamomillæ atque
seminis carvi in lacte decoctione fomat restitui haud ita pridem. Catapla-
mata emollientia, saepe calide apposita; si metus inflammationis & gran-
grænae sit, resolventia in-&-externa cum emollientibus permisceantur. V-
S. instituantur, repetatur in brachio. Adpersio frigida, quæ aliquoties
successisse legitur, caute imitanda. Suspensio ægri per pedes dubii successus
est, nec periculo vacat. Præstat supinus ægri decubitus, capite declivi, po-
dice autem elevato, & mediocris flexio cruris.*

*Aliquot ex horum applicatione & usu horis denuo reductio molienda,
ægro præceptum modo situm tenente, chirurgus vero alteram manum con-
stanter applicet annulo, vel arcui tendino (si hernia cruralis) ut ibi par-
tem repositam contineat, denuoque procedere vetet. Altera manu tumorem
herniosum leniter contrectet, metitet & oblique sursum simulque extorsum
versus os ilei impellat, si inguinalis vel scrotalis sit hernia. In crurali autem
recta sursum & parum antrosum premendum.*

*Si tandem nulla spes reductionis affulgeat, sed symptomata ingra-
vant, ad operationis anchoram refugiendum est, sed cito & in tempore.*

Ad



Ad operationem se accingens chirurgus omnia parata habeat; itaque in patina prius disponat scalpellum rectum, aliudque mediocriter curvum, specillum sulcatum in opice clausum, forficem rectam altero acuminis apice obtuso, acum chirurgicam curvam cum filo cerato. Plurima frusta linteaminum detitorum, linteumque carptum, nodulum ex linteis in formam globularem compressum, instar noduli latioris vestimenti virilis, adaptatum, & filo superius constrictum, cuius extremitas digitii longitudine propendeat, compressas triangulares, quarum una altera major, compressam latiorem ex panno laneo ventralen dictam atque abdomini imponendam, fasciam, duos pollices latam, & decem nostrates ulnas longam. Spiritum quoque vini camphoratum, oleum rosarium, & defensivum ex albumine ovi cum aliquot granis aluminis & Sacob. h. conquassato, in promptu habeat. Aegro propinet cordialen potionem cum diaphoreticis mixtam, urinamque jubeat reddere, vel si nequeat, diu retentam cathetere evacuet. Tunc abrafis, si opus est pilis ægrum collocet supinum, crure, affecti lateris parum flexo, ut cutis & aponeuroses, quæ in cruris extensione simul quoque tenduntur, laxentur. Alterius manus pollice ac indice cutem in medio tumoris herniosi apprehendat, & elevet, idque per ministrum ad latus suorum digitorum pariter effici curet, ut ipse operator interstitium cutis inter utriusque manum scalpello vel recto vel mediocriter curvo, longitudinali incidat sectione, non ultra cutis crassitatem penetrante. Digitis remotis cutoque dimissa caute dilatanda est ejusdem incisio, scalpellumque non perpendiculariter sed oblique tenendo, membrana pinguedinosa ex utroque separanda latere. Suspensa manu ulterius progrediendum ad tunicam sacci hernialis externi aponeuroticam, quæ cum reliquis saccorum membranis, intestinum involventibus, aliquando mirum in modum extenuata, aliquando admodum crassa existit. Facto per scalpellum, non punctum, sed cæsim, ut ita loquar, foramine, in saccos, pariter ut in prima cutis incisione elevatos, penetrante, specillum superius descriptum in illud immittendum, in ejusque sulcum adacto vel scalpello vel forifice totus ille saccus, partem prolapsam continens, tota longitudine sua aperiendus. Ex foramine mox profiliens aqua operatorem non terreat, neque arteriola, a pudendis externis orta, sanguinem vibrans, digitii, vel compressæ spir. vin. imbutæ, applicatione facile fistendum, turbet. Inter operandum vero sollicite semper frustis illis linteai partes dissectas abstergat, ut clare pateant oculis. Saccis hoc modo dilectis, pars prolapsa in conspectum venit nuda; quæ si omentum fuerit, idque gangrenæ vel sphacelo jam aliqua sui parte infectum, spir. vin. camphorato calido irroretur, & in parte adhuc sana ligetur, trajecto ope acus per medium partis ligandæ filo, quod utrinque constringitur, filorumque extremitas duarum fere palmarum longitudine pendula, & vel colore, vel alio signo distincta relinquatur.

Si qua adharet, caute separandum ejusque repositio tentanda. Huic cum non minus ac intestinis plerumque obstat annuli angustia, hic prudenti incisione

Tomi, III,

M

cisione



sione dilatandus, ope specilli sulcati, supra laudati & scalpelli incurvi, cuius dorsum & apex in fulco semper abscondantur, dumque incisio facienda est, specillum cum inclusu scalpello simul parti incidentae apprimendum. In hernia crurali columna inferior annuli, quam supra nominatum efficit ligamentum Vesalii, obliqua incisione versus os illi dilatandum.

In hernia umbilicali dilatatio potius instituenda videtur vel in superiori vel inferiori parte, à linea alba discedendo quantum fieri potest.

In hernia intestinali, eaque vel inguinali vel scrotali, columna seu circulus superior annuli, saccum herniale à parte superiori tangens discindendus. Facta sufficienti incisione, scalpellus una cum speculo sulcato retrahendus. Si omentum procidit solum, facta hac dilatatione facile suo reddetur naturali loco, si una cum intestinis, hæc prius reponenda sunt. Si intestina sola sint prolapso, ea extremitate, quæ ultimo procidit, versus annulum placide in cavum abdominis reducantur, observata eadem encheiresi, quam ante commendavi pro intestino, sine sectione reponendo. Si durioribus infarctum sit fecibus, hæc digitis divellenda; si flatibus, portio intestini e ventre extrahenda, ut major eis locus detur, intestinumque flexilius molliusque evadat. Cum ingens, & quandoque enormous, intestinalorum copia variis implicita fuerit gyris, cum mesenterio annexo, pariter prolapso, mesenterium prius reducatur, tunc intestina sequentur. Nimiæ intestini coli appendiculæ pinguedinosæ, repositionem impedientes, forfice, modo ne nimis prope intellinum abscondi poterunt.

Intestinum fortiter adhærens, ita separandum, ut potius e parte, cui agglutinatur aliquid auferendum, quam de intestino. In hernia tamen crurali, ubi simplex saccus, vasaque subsunt cruralia, cautissima opus est tali separatione. Intestinum & omentum si una prociderint sibique invicem acreverint, satius est in separatione omentum aliquid de sua perdere substantia, quam intestinum.

Reposita itaque parte prolapso, minister compressam spir. vin. calido imbutam digitis apprimat annulo, ne quod modo repositum, excidat de novo. Annulus aliquot incisionibus scarificandus in circumferentia superiori; inferiorius vasa spermatica lædi possent.

Supersunt jam saccorum reliquæ, inutilesque integumentorum, valde distentorum, anguli. Illæ separari debent à partibus contiguis, filoque cannabino triplici l. quadruplici, cerato, prope annulum circumducto aliquoties, fortiter constringi; unde nodulus quasi & obex egressuro in posterum intestino objicitur, qui cum annulo scarificato concrescit, illiusque hiatum implet, quem olim, pessimo eventu, obturaverunt testiculo, in annulum intruso. [a] Cavendum vero in hernia inguinali vel scrotali, ne fasciculus vasorum spermaticorum una ligetur. Integumentorum tantum relinquatur modo, quod sufficiat ad obtegenda vasa spermatica atque testiculum, reliquum forfice resecetur.

Nodu-

[a] V. Scult. Armam. P. 2. Obs. 64. p. 91.



Nodus, supra in apparatu chirurgico descriptus & defensivo imprægnatus annulo apponatur. *Linteum carptum* in cylindros circumvolutum, huic nodulo circumponatur, reliquum vulnus linteo carpto indigeto, quod brutum vocant, impleatur, cui compressæ illæ triangulares graduatae duæ trefve, spir. vin. camphor. calido imbutæ ita superaddende, ut minima primum dein maiores, basi trianguli deorsum spectante, collocentur. *Oleo rosarum calidio* foveatur & illinatur totum abdomen, & regio imprimis hypogastrica obtegatur compressa ventrali. Tum *fascia*, spica inguinali dicta, totus *apparatus* obfirmetur, & postquam inguen affectum spica, quam vocant (unde nomen fasciæ, ob spicatas & graduatas circumvolutiones) bene munitum est, reliquum fasciæ aliquoties scroto subducatur, ut illud quasi suspendat & elevatum teneat, finiendo fasciam circumvolutionibus in circuitu abdominis.

Quis diligandi modus obtineat post operationem herniæ cruralis, vel umbilicalis ex jam descripto, cæteris paribus, colligetur. Instituti temporisque ratio latius excurrere vetat.

Post operationem ægro cordialis potio exhibeat, enema emolliens injiciatur. Primis diebus nonnisi jusculis carnis & gelatina nutriatur.

Altero die tota vulneris deligatio solvenda, ejusque labia, sanguine forsan adhuc inquinata, lavanda spiritu vini, applicita semper manu ad annulum ne hernia recidat: Dehinc *novus*, ut ante, applicandus *nodus*, spir. vin. camphorato irroratus & digestivo illitus, plumaceoli circumponendi, itidem digestivo imbuti, compressæ & fascia, ut prius, applicandæ.

Si *annulus* tertio quartoque die nimis adhuc pateret, vel sufficientem non præberet suppurationem, in usum ergo ducerem *Scarificatorium Wolbusianum*, (quo tantum non miracula præstantur in oculorum morbis) novaque instituerem circumcirca in annulo scarificationes, qualibus olim Parisii in nosocomio, à charitate dicto, fistulam perinæi callosam, in urethram penetrantem, quæ diu ante variam respuerat medicationem, feliciter consolida vi. Si quæras quodnam sit illud instrumentum, respondeo: Eloqui jam non licet; his igitur, qui è schola celeberr. illius ophthalmiatri prodire, saltem commendasse juvabit.

Alius adhuc novæ methodi facienda est mentio, quæ acri noviter ansam dedit disputationi binis, qui Parisii clarent, chirurgis. Reponi posse prætenditur pars prolapsa *sacco herniali integro*, non aperiendo, nisi pars prolapsa adhæreat vel testiculo vel vasis spermaticis. Aivnt hanc methodum maxime naturalem atque facilem, minime autem periculosam esse.

Sed obstat quod (1) hic saccus tantum non semper undique adhæreat ipsis præcipue vasis spermaticis; dum integer separandus est, hæc facile lèduntur. (2) Pars contenta, intestinum l. omentum, sæpe jam alterata, nec fomentari nec rescindi possit. (3) Liquor seu amurca, quam non raro continet hic saccus, putrescens in cavum abdominis cum sacco, integro reposito, redundet. (4) Omentum atque intestinum sibi invicem accreta separari nequeant. (5) Saccus hicce ante foramen annuli in posterum fluc-



tuans, nec pristinum facile recipiens tonum ex longa dilatatione, infundibuli instar denuo facilius excipiat intestinum. (5) Si hernia existit à ruptura peritonæi, locum plane non possit habere. Saccus enim tum efficeretur à tunica vaginali, quam cum parte prolapsa reponi non posse per se patet. (6) Aliquando saccus ipse strangulet partem prolapsam; Qui igitur, nisi aperatur, repositus in cavum abdominis non desistet à constrictione illa periculosa. Hujus rei evidens hoc est specimen. Lutetiae Parisiorum in nosocomio, Hôtel-Dieu dicto, virum hernia crurali mortuum, qui operationem vivus noluit admirtere, aperiendo, saccum herniale sub & à ligamento Vesalii strangulatum deprehendi; Dissecto illo ligamento saccus ipse superius quasi loro constrictus, ut digitum auricularem, extracto intestino, vix ingerere licuerit, inferius seu in fundo amplior, partem intestini ilei continens. Repositus hic saccus integer cum intestino suo contento, non apertus, in ipso quoque abdominis cavo suum strangulavisset intestinum.

Itaque nova hæc methodus, in hernia incarcerateda in usum ducta, vix nisi in subjectis junioribus, & cum multis aliis cautelis feliciter cedet.

T A N T U M!

T. X V I I. Fig. I.

Exhibit Enterocelen, dextri lateris, prout in oculos, sine ulla sectione incidit.

- A A. Crura, divaricata, ut scrotum cum hernia melius pateat.
- B. Inguen, ab intestino in gibbum quasi elevatum.
- C. Inguen alterius sanius lateris, planum & altero depresso.
- D. Penis, ut solet, retractus.
- E E. Scrotri dimidia pars valde tumida atque tensa, ab inguine ad infimam fere scroti partem.
- F. Scrotri infima pars, non tumida nec tensa, in qua testiculus separatim tangitur, cum intestino non confusus.
- G. Altera dimidia scroti pars, naturalis figuræ & structuræ.
- H. Sutura, quæ scrotum in duas dividit partes.

Fig. I I.

Exhibit scrotri dextram seu affectam partem, arte anatomica dissectam.

- A A. Cutis secundum totam scroti longitudinem aperta & ad latus reflexa, ut subjectæ partes in conspectum veniant.
- B B. Membrana pinguedinosa separata & pariter ad latus reposita.
- C C. Anulus musculi obliqui externi, per cuius dilatationem & divaricationem



tionem præternaturalem facci herniales cum intestino inclusu pro-
ciderunt.

- D.D. Tunica aponeurotica, totum istum pyriformem saccum externum ef-
ficiens, prolapsum intestinum atque testiculum includens, in me-
dio aperta & ad latus utrinque diducta, intime adhærens interiori
sacco. In toto ejus tractu fibræ tendineæ, ab aponeurosi musculi
obliqui externi ejusque annulo profectæ, maxime sunt conspicuæ.
E. Membrana cellulosa inter utramque peritonæi lamellam, hicque inter
saccum externum & internum conspicua, &
F. Inflata ope tubuli. F.
G. Saccus hernialis internus, ex dilatatione laminæ interioris peritonæi
ortus, intestinum immediate complectens, in medio disjectus, ut
H. subjacens intestinum H. compareat.

Fig. III.

*Exhibit formationem hernie intestinalis, in scroto situm tum intestini prolapsi,
tum reliquarum partium in scroto contentarum, cum sacco herniali interno.*

- A. Fibrae tendineæ *απονευρώσεως* musculi obliqui. Ext. de quibus fig. II.
Lit. D D.
B. Lamella exterior peritonæi, paulum reflexa antrorsum, quæ naturali-
ter prolongata sic dictum efficit processum peritonæi, seu tunicam
vaginalem vasorum spermatis atque testiculi; Præter naturam vero
saccum hernialem externum juxta membranam aponeuroticam
fig. II. Lit. D D. constituit, quem vero hic repræsentari nolui, ne
confusio inter utrumque oriaretur saccum.
C. Lamella interior peritonæi, dilatatione præternaturali in scrotum pro-
trusa, saccum hernialem internum efformans, qui intestina imme-
diata continet.
D D. Ejusdem lamellæ in saccum dilatatae continuatio usque ad septum,
quod tunica vaginalis ordinario supra testiculum efficit, ad latera
parum reflexa; sicut &
E E. Ejusdem paries seu latus inferius itidem parum reclinatum, ut subja-
centia vasa spermatica adpareant.
F F. Tunica vaginalis, testiculum laxe ambiens, aperta, hinc
G. Testiculi corpus, sola adhuc tunica albuginea cinctum, restat; cui su-
per jacet
H. Epididymis seu paraftata.
J J. Corpus pampiniforme, seu art. & ven. spermatis. inter externam & in-
ternam peritonæi lamellam ex abdomine per sic dictum annulum
erumpentes, plus justo crassiores effictæ.
L. Canalis deferens.

M 3

M M.



M M. Intestini Ilei portio , sacco interno inclusa , sed hic exempta & ad latus collocata , variis gyris intricata.

COROLLARIA.

I.

Rariſſima nucha Luxatio.

IN confictu ebriorum nocturno rusticus quadratus accipit aliquot ictus circa caput , & duriora veritus aufugit ea perniciitate pedum , quæ vel celerime decurrentem equum anteverterit. Hic spatium semihoræ emensus domumque reversus , exuta superiori tunica admotaque scala petit cubiculum amasæ pueræ , & ibidem aliquandiu commoratur , ordinem rixarum recentens , ac de se nihil quicquam , sitim si excipias , conquestus. Reversus eadem via domum 150 prope passuum , scalam secum asportavit. Elapsa ab hinc hora in lecto , accumbente una fratre juniori , corripitur convulsionibus (hat nach der Auffsag des Bruders Sebr gewütet) & spatio 4. horarum præsentibus parentibus moritur. Corpus exanimè à medico vicino legaliter apertum exhibuit sanguinem extravasatum hic ibi sub cute capillata & perierano , item super dura matre circa os temporale siniſtrum aliquot uncias sanguinis nigri grumosi ; hic ibi contusionum vestigia in dura matre , parvamque interioris crani tabulæ fissuram in confinio futuræ lambdoideæ & sagittalis ; Vasa piæ matris sanguine grumoso infarcta ; super principio medullæ spinalis guttas 12. vel 15. sanguinis grumosi ; fugillationem cutis & muscularum in nucha ; luxationem seu secessum vertebræ atlantis & epistrophi , qui pollicem facile admissit , cute quamquam integra ; tertiam quartamque colli vertebram vacillantes quidem . sed tamen adhuc connexas. Quæritur : Unde luxatio hæc ? an ab ictibus collo exceptis in confictu ? Dubium ; cum postea per trihorum fere omnes actiones , animales imprimis , exercuerit liberrime , difficileque conceptu sit , qui ictus , cute integra , epistrophum dirimere potuerit ab atlante , cum utrumque harum vertebrarum corpus valido circulari uniatur ligamento , & processus dentiformis epistrophi connectatur occipiti per ligamentum peculiare , teres & forte , isque ipse detineatur in ſinu seu magno foramine atlantis ope ligamenti transversalis , collum dicti processus ambientis . Anne colli tensio & ſitus erector ope muscularum , per illud trihorum vertebraſ has plus minus parallelas conservavit , ſicque compressionem medullæ spinalis & vasoſum vertebralium præcavit , donec ægro lectum ingresso (ubi mox lamentando dolores patetfecit) Epistrophus magis , ob flexum tum collum , ſecedere ad latus , cumque processu dentiformi medullam spinalē vasaque vertebralia comprimere debuit ? Unde appulſus arteriosi sanguinis per arterias vertebræ , reditusque per venas vertebræ & jugularium inter-



internarum alterutram, ejusve saccum, prope adjacentem vertebris his luxatis, impeditus, & medulla spinalis compressa spiritus magis magisque de-negavit nervis diaphragmaticis, mox infra locum compressionis è 3to 4to & 5to pari nervorum cervicalium coalitis; Nervus spinalis pariter tunc compressus vel irritatus turbas communicavit cum octavo pari, cui se associat in cranio; Spirituum animalium irradiatio sensim magis impedita, turbata, abolita. Quid si vero lapsus de scala, cum è cubiculo amasæ descenderet, argueremus, vel aliam quamcumque, morti propiorem, quam ictus illos septihorario prægressos, suspicemur luxationis causam, ad mortem quidem defuncti parum, sed ad vitam verberantium plurimum referret. Id saltem denuo mirum foret, qui graviter ita lapsus mox secundam ædium descendere potuerit contignationem, vestes exuere &c. Ad seriam hujus casus enodationem Nobiliss. invito Dominos Opponentes.

I I.

Cataractæ incipientes sine consueta operatione curari possunt.

I I I.

In cataractæ è secunda, sic dicta, oculi camera extractione per acum hamatam, licet vix concipienda, annon membranam crystallini arachnoideam, parum inspissatam & opacam, extrahunt ut plurimum? Modo plures revera contigerit illa operatio.

I V.

Scarificationem palpebrarum, carunculæ lacrimalis & adnatæ Woolhusianam mira præstare in triginta fere oculi morborum speciebus expertus quoque deprædico.

V.

In partu difficulti maxime respiciendum ad situm orificii, sic dicti interni uteri.

V I.

Uncorum in embryulcia suspecto usui substituenda videntur noviter inventa celeberr. Palfini instrumenta, quibus embryonis vitæ non præjudicat.

V I I.

Methodus Franconica (incisio vesicæ in pube) à Duglasio, Londinensi chirурgo, nova encheiresi, & à Gerardo, chirurg. Paris. cel. novo emendata instrumento, in Anglia vero nuper feliciter instituta in aliquot subjectis, chirurgis se denuo commendat.

V I I I.

Crebra post lithotomiam aliasque nobiliores operationes venæ sectio, in febri item maligna febris atque convulsionum non remedium sed causa fit.

F I N I S.



и създава съдържанието на книга, която е във вид на съчинение, което е написано от автор и има определен тон и тема. Книгата е използвана като средство за изразяване на идеи и мисли, както и за хранене на читателите със знания и учення.



Изображението на книга във вид на съчинение е характерно за античната и средновековна книжна култура. Тя е представена като един от основните символи на познанието и ученето.

Във времето на Атандрас, книга е била важен инструмент за изразяване на идеи и мисли.

Съществуващите във времето на Атандрас книги са представени като съчинения, които са написани от автор и имат определен тон и тема.

VII

Съществуващите във времето на Атандрас книги са представени като съчинения, които са написани от автор и имат определен тон и тема.

VIII

Съществуващите във времето на Атандрас книги са представени като съчинения, които са написани от автор и имат определен тон и тема.

2. ИЛИ



L X I I

Q U A E S T I O
M E D I C O - C H I R U R G I C A ,

Quam Praefide

M . P . ROUSSIN DE MONTABOURG

M E D . D O C T O R

Tuebatur

C . F . BOUTIGNI DESPREAUX

Sub hac verborum serie

*An in Herniis intestinalibus , etiam cognita intestini
prolapsi lesionē operatio celebranda.*

Parisiis 6 Februarii anno 1742.

Tom. III.

N



Landesbibliothek Oldenburg